

nes fingit singulas, in scapulis ipsius testudinis duas, in ima lyraeque & basis totius uideretur unam, & omnino sunt ix.

Olor.

Cygnus habet unam insignem stellam secundae magnitudinis in cauda, uocaturq; Deneb adigege, & unam tertiae magnitudinis in ala dextra & unam eiusdem magnitudinis in extremitate alae sinistrae, reliquae sunt quartae magnitudinis.



Lot. Huius una ala est ad circūductionem huius circuli qui arctos uocatur, cōtingēs extremum pedem sinistrum eius qui En/ gonasin uocatur. Sinistram autem habet alam paululum extra circulum aestiuū pene coniūgēs pedibus Pegasi, aestiuus aut circulus rostrum eius à reliquo corpore diuidit. Cauda iungitur extrema cum capite Cephei, hic cum uirgine & chelis occidens prius capite quam reliquis membris deuenit ad terrā, exortur aut cum Capricorno. Hic habet in capite stellā clare lucentē unā. In collo alteram pari fulgore, in utrisq; pēnis quinas. Supra caudā unā, omnino habet stel. xii

Cepheus.

Cepheus omnes stellas quas habet, sunt quartae & quintae magnitudinis praeter unā Alderainim in dextro brachio, quae est tertiae magnit.



Epheus à tergo minoris arcti constitutus includitur arctico circulo à pedibus ad pectus ut praeter humeros et caput eius nihil occidere uideatur, nec longe abest à flexu draconis quē capite primū efficere uideatur, Cepheus aut manibus utrisq; proiectis figuratus, tāto distat interuallo à pedibus arcti minoris quantū spaciū inter pedes Cephei uideēt, huius caput scorpione exorto occidere, cum sagittario exortiri uideēt. Hic aut habet in capite stellas duas, in manu dextra unam, in cubito obscurā unam, in sinistra manu & in humero singulas. In dextero humero unā. In zona quē mediū eius diuidit corpus tres stellae clare uidētur. In latere dextro obscurā unā, in sinistro genu duas. In utrisq; pedibus singulae, supra pedes stellae quatuor, hic totus omnino stellarum numerus xix.

Cassiopeia.

Cassiopeia unam habet caeteris insigniorem stellam tertiae magnitudinis & in pectore positam, Scheder nomine. Habet & unā in coxis, atq; unam in medio sedis, & unam in genibus tertiae magnitudinis, reliquae sunt quartae magnitudinis.



Cassiopeia sedens in siliquaastro collocata est, cuius sedilis & ipsius Cassiopeię pedes positi in ipsa circūductione circuli qui arcticos uocatur, effigies autem corporis ad aestiuum circulum peruenit, quem capite & dextera manu tangit, Hanc prope mediam diuidit circulus is qui lacteus appellatur, proxime Cephei signum collocatum. Hæc occidens cum scorpione

